

PRACTICA SYNDICATVS,

Cum Theorica, summarijs, atque numeris yni-
cuique capiti adiectis, apteq; distinctis.

AVCTORE IOSEPHO CVMIA
V. I. D. SICVLO CATINENSE.

Cum Indice rerum, & verborum memorabilium.

CVM PRIVILEGIIS.



Venetij, apud Guerræos, fratres.

M D LXXXII.



MVLTV M SPECTABILI
ET EXCELLENTI DOM.
ANDREAE ALDVINO V.I.D.
atque consiliario supremi consilij
Catholicæ Maiestatis Philippi
Hispaniarum Regis ,

*Et eiusdem Regij Patrimonij in hoc Sici-
lia Regno protectori dignissimo*

I O S E P H V S C V M I A.



V m animaduerte-
rem (sapientissime
domine) Syndica-
tus practicam , pri-
mis doctoratus an-
nis , dum aliqui-
bus Regni ciuitati-
bus Syndicatoris iurisdictionem exer-
cui , obiter , mei dumtaxat gratia con-
fectam , inter quamplurimorum ma-



PRACTICA SYNDICATVS,

*Cum Theorica, summarij, atq; numeris
unicuique capiti aptè distinctis.*

AUCTORE IOSEPHO CVMIA
V. I. D. Siculo Catinense.

S V M M A E.

- 1 *Syndicator primo loco literas presentare debet.*
- 2 *Iurisdictio ante presentationem rescripti saltem, quoad exercitium tributa non censetur.*
- 3 *Mandatum Principis habere afferenti, non creditur.*
- 4 *Cardinali praeferre iurisdictionem, non creditur, in praedictum tertii.*
- 5 *Forma presentationis literarum syndicatus.*

De presentatione literarum. CAP. I.



YNDICATOR, qui à magna curia est delegatus, ciusq; iustinet uices, primo loco literas suæ potestatis iuratis, alijsue officialibus ciuitatis, ubi syndicator est destinatus, præsentare deber: nam ante præsentatum rescriptum delegatus procedere nō potest: quia, nec actu, nec habitu iurisdictionem habet, ante rescripti præsen-